# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## De turre cremanta - Cod. Aug. pap. 162

**Jacobus <de Paradiso>**

**[Reichenau], [15./16. Jahrh.]**

Teil 6, Druck: Liber prelocutionis

urn:nbn:de:bsz:31-90421

Visual Library

## Incipit liber ꝓlocutionis beatiſſimi patris noſtri Augu-ſtini et eius ꝯtemplatione.

Quoniam in medio laqueoꝝ poſiti ſumus/ facile a celeſti deſiderio frigeſcimus. quapropter aſſiduo indigemus munimento vt expergefacti ad deum nr̄m verum et ſummū bonū cū defluimus recurramus. Idcirco nō preſumptionis temeritate ſed magna dei mei dilectione huic opuſculo ad laudem eius operā dedi. vt ex elegantioribus dictis ſanctorum patrum breue manuale verbum de deo meo mecum ſemper haberem ex cui⁹ lectionis igne quotiens tepeſco in eius accendar amorem.

## Incipit liber de meditatione.

Nunc adeſto michi deus meus quem quero/ quē diligo/ quē corde et ore et qua valeo virtute laudo atꝫ oro/ mens mea deuota tibi tuo amore ſuccenſa/ tibi ſuſpirans/ tibi inhyans/ te ſolum videre deſiderans/ nichil habens dulce niſi de te loqui/ de te audire/ de te ſcribere/ de te cōferre/ tuam gloriam frequenter ſub corde reuoluere vt tua ſuauis memoria ſit ītra hos turbines aliqua reparatio mea. Te ergo inuoco . deſiderantiſſime ad te clamo clamore magno in toto corde meo/ et cum te inuoco vtiqꝫ in me voco ip̄m. quoniam omnino non eſſem ſi non eſſes in me/ in me es quoniā in memoria mea manes/ ex ea ego cognoui te et in ea inueni te/ cum reminiſcor tui ⁊ delector in te de te. ex quo omnia/ per quem oīa/ in quo oīa Tu celum et terram imples et omnia portas ſine onere/ omnia imples ſine incluſione ſemper agens/ quietus/ colligens/ et non egens/ querens cū nichil deſit tibi/ amans nec eſtuās zelans et ſecurus es/ penitet te et nō doles/ iraſceris et tranquillus es/ opera mutas et non mutas conſilium/ recipis qđ inuenis et nunquā amiſiſti/ nunquā inops et gaudes lucris/ nunquā auarus et vſuras exigis/ ſemp erogat̄ tibi vt debeas

Ink. 5

a

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Et quis habet quicq̄ non tuum/ reddis debita/nulli debes
donans debita/nulli debens. donans debita nichil perdens
qui vbiqꝫ es et vbiqꝫ totus/ qui ſentiri et videri non potes/
qui nunquam dees/ et tamen ab iniquorum cogitationibus
longe es/qui nec ibi dees/vbi longe es/ quia vbi non es per
gratiam ades per vindictam/ qui vbiqꝫ preſens es et vix in-
ueniri potes/ quem ſtantem ſequimur et apprehendere non
valemus. qui tenes omnia. imples omnia. circumplecteris
omnia. ſuperexcedis omnia. ſuſtines omnia. qui corda fide-
lium doces. non ſtrepitu verboꝝ. Qui locis non deſcende-
ris/nō temporibus variaris/ nec habes acceſſus et receſſus
qui habitas lucem inacceſſibilem quam vidit nullus homi-
num nec videre poteſt in te manens quietus/ vbiqꝫ circuis
totum. non enim ſcindi et diuidi potes/ quia vere vnus es/
nec in partes efficeris/ſed totus totuꝫ tenes/ totum imples
totum illuſtras et poſſides. ſi totum mundum libri imple-
ant/tua ſcientia inenarrabilis non poteſt enumerari. quoniā
vero indicibilis es nullo modo ſcribi poteris nec concludi.
Tu es fons lucis diuine et ſol claritatis eterne/magnus es
ſine quantitate. et ideo immenſus bonus ſine qualitate. et
ideo vere et ſumme bonus. et nemo bonus niſi tu ſolus. cuiꝰ
voluntas opus eſt/ cuius velle poſſe eſt/ qui omnia que ex
nichilo creaſti/ ſola voluntate creaſti vel feciſti/ qui omnem
creaturam tuam abſqꝫ indigentia aliqua poſſides et ſine la-
bore gubernas et abſqꝫ tedio regis. et nichil eſt qđ contur-
bet ordinē imperij tui neqꝫ in ſummis nec in imis qui in om-
nibus locis ſine loco haberis/et omnia contines ſine ambi-
tu et vbiqꝫ preſens es ſine ſitu et motu/ qui nec mali auctor
es quod facere non potes/ quia nichil non potes nec vnquā
te feciſſe quicq̄ penituit cuius bonitate facti ſumus et iuſti-
cia penas luimus et clementia liberamur/ cuiꝰ omnipoten-
tia omnia gubernat/ regit et implet qđ creauit/ nec ideo te
implere omnia dicimus vt te contineant. ſed ip̄a potius a te

contineantur nec particulatim imples omnia. nec vllatenus
ita putandum eſt vt vnaqueqꝫ res pro magnitudine ſue por
tionis capiat te/id eſt maxima maius / minima minus/ dum
ſis potius ipſe totus in omnibus ſiue omnia in te. cuius om
nipotentia omnia concludit nec euadendi potentiam tuam
quis aditum inuenire poterit. qui enim te non habet placa=
tum nunquā euadet iratum.

¶ Qualiter anima meditatur deum. et inſpiratur ab ipo.

Eigitur clementiſſime inuoco in animaꝫ meā
quam preparas ad capiendum te ex deſide=
rio quod inſpiras ei. Intra rogo in eam ⁊ co
apta eam tibi/ vt poſſideas illam quam feci=
ſti et refeciſti/vt et te habeam velut ſignacu=
lum ſuper cor meum. Queſo te piiſſime/inuocantem te ne
deſeras/ qui priuſq̄ te inuocarem me vocaſti et queſiſti vt
ego ſeruus tuus quererem te/querendo te inuenirem/et in=
uentum amarem/queſiui et inueni te domine et amare deſi=
dero/auge deſiderium meum et da qḋ peto. quoniam ſi cū=
cta que feciſti michi dederis non ſufficit ſeruo tuo niſi te=
ipſum dederis. Da ergo te michi deus meus et redde mihi
te. En amo te et ſi parum eſt amem validius/tuo ergo amo
re teneor/tuo deſiderio flagro/dulci tua memoria delector
Ecce dum tibi mens mea ſuſpirat et tuam ineffabilem pie=
tatem meditatur. ipſa carnis ſarcina grauat minus/ cogita
tionum tumultus ceſſat/pondus mortalitatis et miſeriarūꝫ
more ſolito non ebetat/ſilent cuncta/ tranquilla ſunt omnia
cor ardet/animꝰ gaudet/ memoria viget/ intellectus lucet

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

et totus ſpiritus ex deſiderio viſionis tue accenſus inuiſibi
lium amore ſe rapi videt. Aſſumat ſpiritus meus pennas vt
aquile volet et non deficiat/ et volet et proficiat vſqꝫ ad de
corem domus tue/ et thronum glorie tue vt ibi ſuper men=
ſam refectionis ciuium ſupernorum paſcatur de oculis tuis
in loco paſcue iuxta fluenta pleniſſima. Tu eſto noſtra ex=
ultatio qui es noſtra ſpes/ ſalus atqꝫ defenſio. Tu eſto no=
ſtrum gaudium qui es futurum premium. Te ſemper que=
rat anima mea / et tu preſta vt querendo non deficiat. vhe
miſere anime que criſtum non querit nec amat/ manet arida
et miſera/ perdit qd viuit/ qui te deum non diligit/ qui curat
viuere niſi propter te domine/ nichil eſt et pro nullo eſt qui
tibi viuere recuſat mortuus eſt / qui tibi non ſapit deſipit.
Miſericordiſſime tibi me cōmitto reddo et concedo/ per
quem ſum viuo et ſapio in te et ɔfido/ ſpero et totam ſpem
meam pono/ per quem reſurgam viuam et requieſcam. Te
cupio diligo et adoro/ cum quo manebo regnabo beatus
ero. Anima que te non diligit nec querit/ mundum diligit/
peccatis ſeruit/ vicijs ſubiecta eſt/ nunquā quieta/ nunquā ſe
cura eſt. famuletur tibi ſemper mens mea pijſſime/ ſuſpiret
quoqꝫ tibi peregrinatio mea/ ardeat in tuo amore cor meū
requieſcat in te deus meus. Anima mea contempletur te in
mentis exceſſu/ cantet laudes tuas in iubilatione/ et hec ſit
in exilio modo ɔſolatio mea/ confugiat anima mea vel mēs
mea ſub vmbra alarum tuarum ab eſtibus cogitationū hu=
ius ſeculi/ repanſet in te cor meum/ cor mare magnum tu=
mens fluctibus/ diues omnium bonorum dapium ſuperne ſa
cietatis opulentiſſime largitor deus/ da lapſo cibum/ colli= illiſum
ge diſperſum/ libera captiuum/ reintegra illum . En ſtat ad
oſtium et pulſat. Obſecro per viſcera miſericordie quibus
viſitaſti nos oriens ex alto. iube miſero pulſanti aperiri/ vt
liberis ingreſſibus ingrediatur ad te et requieſcat in te et

reficiatur de te pane celeſti. Tu es enim panis et fons vite tu lumen claritatis eterne. tu omnia ex quibus viuunt recti qui diligunt te/ deus lumen cordium te videntium / et vita animarum te amantium/ et virtus cogitationum te querentium vt ſancto tuo amori inhereant. Veni rogo in cor meum et ab vbertate voluptatis tue inebria illud vt obliuiſcatur iſta temporalia pudet ac piget me talia pati qualia mundus iſte agit. triſte michi eſt quod video / graue eſt quod de tranſitorijs audio/ adiuua me domine deus meus et da leticiam in corde meo. veni ad me vt videam te. ſed anguſta eſt michi domus anime mee qua venias ad eam. dilatetur rogo a te rumoſa eſt refice eam. habet quod offendat oculos tuos/ fateor et ſcio / quia quis mundabit eam/ aut cui alteri preter te clamabo/ ab occultis meis munda me domine/ et ab alienis parce ſeruo tuo. Fac me dulcis criſte bone iheſu/ fac me rogo amori tuo et deſiderio tuo deponere onus carnalium deſideriorum et terrenarum concupiſcentiarum. dominetur carni anima/ anime ratio/ rationi gratia tua/ et tue me interius et exterius ſubde voluntati. Tribue michi vt laudet te cor meum. dilata mentem meam et linguam meam et omnia oſſa mea et attolle intuitum cordis mei/ vt vel rapida cogitatione vel cognitione attingat ſpiritus meus. te eternam ſapientiam ſuper omnia manentem diſſolue me oro a vinculis quibus teneor aſtrictus/ vt relinquens tibi omnia iſta/ tibi feſtinem/ tibi ſoli inhereám/ tibi ſoli intendam. Felix anima que terreno reſoluta carcere libera celum petit/ que te dulciſſimum dominum facie ad faciem cernit/ que nullo metu mortis afficitur. ſed de incorruptione perpetue glorie letatur. Tranquilla eſt et ſecura iam non timet hoſtem. nec mortem habet te pium dominum quem diu queſiuit ſemperq; amauit / hymnidicis ſociata

choꝛis melliflua perpetue feſtiuitatis carmĩa ad laudem glorie tue rex criſte ĩeternum conceperit/ ĩebꝛiatur enĩm ab vbertate domus tue et toꝛrente voluptatis tue potas eam. Felix ſocietas ſupernoꝛum ciuium et gloꝛioſa ſolenĩ-tas omnium ad te redeuntium ab huiuſmodi noſtre pere-grinationis triſti laboꝛe/ amenitatem pulcritudinis/ foꝛmoſitatem totius ſplendoꝛis atq; dignitatem totius elegan-tie iugiter tui ciues cernunt. nihil omnino qd cõturbet mentem ibidem auribus datur que cantica que oꝛgana que cantilene que melodie ibi ſine fine decantantur. Sonant ibi ſemper melliflua hymnoꝛum oꝛgana ſuauiſſima angeloꝛum melodia/ cantica canticoꝛum mira/ que ad laudem et glo-riam tuam a ſupernis ciuibus imperpetuum decantantur. Amaritudo et omnis fellis aſperitas in regione tua locum non habent. Non enim eſt ibi malus nec malicia/ non eſt aduerſarius et impugnans/ nec eſt vlla peccati illecebꝛa/ nulla eſt ibi indigentia/ dedecus nullum/ nulla rixa/ nullum improperium/ temptatio nec cauſatio vlla. nullus timoꝛ/ nulla inquietudo. nulla pena/ nulla dubietas/ nulla moleſtia/ nulla diſcoꝛdia/ ſed pax ſumma caritas plena iubilatio ⁊ laus dei eterna ſecura ſine fine requies et gaudium ſemper eſt in ſpiritu ſancto. Foꝛtunat9 ego ſi audiero iocundiſſimas ciuium tuoꝛum cantilenas carmĩa melliflua laudes ſumme trini-tati debito honoꝛe pꝛomentia. Sed vt nimium felix ſi ego ipſe meruero cantare canticum domĩno de dulcibus canticis ſyon. O vita vitalis vita ſempiterna et ſempiterne bea-ta vbi gaudium ſine meroꝛe. requies ſine laboꝛe/ dignitas ſine tremoꝛe/ opes ſine amiſſione/ ſanitas ſine languoꝛe. abundantia ſine defectione/ vita ſine moꝛte/ perpetuitas ſine coꝛruptione/ beatitudo ſine calamitate vbi om̃ia bona

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

in caritate perfecta vbi ſpecies et viſio facie ad faciem/vbi
plena ſcientia in om̄ibus et per om̄ia/ vbi ſumma dei bo=
n̄itas cern̄itur et lumen illum̄inans a ſanctis glorificatur/
preſens maieſtas dei conſpicitur/ et huius vite cibo ſine de
fectu mens intuentium ſaciatur. vident et videre deſide=
rant/ſine ſacietate deſiderant et ſine faſtidio ſaciantur/vbi
verus ſol iuſticie mira ſue pulcritudinis viſione omnes re=
ficit et ita vniuerſos celeſtis patrie ciues illum̄inat vt luce=
ant ipſi/ lumen vident illum̄inatum per deum/ lumen illu=
m̄inans ſuper omnem ſolis noſtri ſplendorem atq; ſtella=
rum cunctarum claritatem immortali adherentes deitati
et per hoc immortales et incorruptibiles facti iuxta promiſ
ſionem dom̄ini ſaluatoris. pater quos dediſti michi volo/
vt vbi ſum et illi ſint mecum vt videant claritatem meam/
et omnes vnum ſint ſicut tu pater in me et ego in te et ipſi
in nobis vnum ſint. O regnum celorum regnum feliciſſimū
regnum carens morte et vacans fin̄i/cui nulla tempora ſuc=
cedunt per euum vbi continuꝰ ſine nocte dies neſcit habe=
re tempus/vbi victor miles neſcit laborem/ et don̄is ineffa
bilibus cumulatur/nobile perpetua caput amplectente co=
ronam / vtinam remiſſa peccatorum mole me vltimum ſer
uorum criſti iuberet diuina pietas hanc ſarcinam carn̄is de
ponere/vt in tue ciuitatis gaudia eterna repanſandus tran
ſirem/ſupernorum ſanctiſſimus choris intereſſem cum bea=
tiſſimis ſpiritibus glorie et conditoris aſſiſterem/preſen=
tem dei vultum cernerem. nullo mortis metu tangerer/de
perpetue immortalitatis incorruptione ſecurus gauderem
et ſcienti om̄ia coniunctus omnem ignorantie cecitatem
amitterem/terrena cuncta paruipenderem/ et vallem iſtam
lacrimarum intueri vel rem̄iniſci vlterius non dignarer. vbi

vita laborioſa/ vita corruptibilis/ vita omnī amaritudīe plena. vita domīna maloꝝ. ancilla īfernorum/ quam humores trucidant. dolores exterminant. ardores exiccant aera morbidant/ eſce īflant/ ieiunīa macerant/ ioci ſoluunt triſticie conſumunt. ſolicitudo coartat/ ſecuritas ebetat/ diuitie iactant/ paupertas deicit. iuuentus extollit/ ſenectus incuruat/ īfirmitas frangit/ meror deprimit/ dyabolus inſidiatur/ mundus adulatur/ caro delectatur/ anīma excecatur/ totꝰ homo turbatur/ et his tot et tantis malis mors furibunda ſuccedit/ vaniſqꝫ gaudijs ita finem imponit/ vt cum eſſe deſierit nec fuiſſe putentur/ ſed quas laudes quaſue gratiarum actiones tibi referre valeamus deus noſter. qui nos et īter tantas has mortalitatis noſtre erumnas non deſinis conſolari mira viſitatione gratie tue. Ecce me miſerum multis meroribus plenum / dum vite finem timeo dum peccata mea conſidero/ dum iudicium tuum formido dum horam mortis cogito/ dum ſupplicia tartari horreo/ dum opera mea qua diſtrictione a te penſentur ignoro/ duꝫ quo fine illa clauſurus ſim penitꝰ neſcio. dumqꝫ hec et alia multa mecum ſub corde retracto conſolaturus ades ſola pietate et īter has querelas nimioſqꝫ ploratus atqꝫ profunda cordis ſuſpiria/ aſſumis meſtam et anxiam animam mentemqꝫ ſuper alta iuga montium ad aureolas vſqꝫ aromatum/ ⁊ collocas me in loco paſcue ſecus riuos aquarum dulcium/ vbi preparas in conſpectu meo menſam multiplicis apparatus / que fatigatum ſpiritum repauſet et cor triſte letificet/ quibus tandem refocillatꝰ delicijs multarum miſeriarum oblitus mearum ſuper altitudinem terre in te vera pace quieſco/ amo te deus meus/ amo te magis/ magiſqꝫ amare volo/ da michi ſpecioſiſſime pre filijs hominuꝫ

vt deſiderem te/vt amem te quantum volo ⁊ quantū debeo
immenſus es/et ſine menſura debes amari/preſertim a no=
bis quos ſic amaſti/ſic ſaluaſti/pro quibus tot et tanta fe=
ciſti. Amor qui ſemper ardes et nunquā extingueris/ dulcis
criſte iheſu bone caritas deus meus accende me totū igne
tuo/dilectione tua/deſiderio tuo/caritate tua/iocunditate
et exultatione tua/pietate et ſuauitate tua/ voluptate et cō
cupiſcentia tua/que ſancta et bona/que caſta eſt et munda
vt totus dulcedine amoris tui plenus/totus flama carita=
tis tue vaporatus/diligam te dominum meum dulciſſimū
et pulcerrimum ex toto corde meo et ex tota anima mea et
ex totis viribus meis et omni intentione mea/ cū multa cor=
dis contritione et lacrimarum effuſione/ et cum multa re=
uerentia et tremore habens te in corde et in ore et pre ocu
lis meis ſemper et vbiq;/ita vt nullꝰ in me adulterinis amo
ribus pateat locus/ pulcerrime rogo te per illā ſacratiſſi=
mam effuſionem ſanguinis tui precioſi quo ſumus redem=
pti. Da michi contritionem et lacrimarum fontem precipue
dum preces et orationes deuotiſſimas tibi offero dum tue
laudis pſalmodiam decanto dum miſterium noſtre redem
ptionis manifeſtū miſericordie tue. iudicium tuū recolo vel
profero dum ſacris altaribus licet indignus adſiſto cupiēs
tibi offerre illud mirabile et celeſte ſacrificium omni reue=
rentia ⁊ deuotione dignū/ qđ tu domine deus ſacerdos im
maculate inſtituiſti/ et offerre precepiſti in cōmemoratione
tue caritatis / mortis ſcilicet et paſſionis pro ſalute noſtra
pro quotidiana noſtre fragilitatis reparatione. Confirme=
tur mens mea inter tanta miſteria dulcedine preſentie tue
ſentiat te ſibi adeſſe et letet̃ corā te ignis qui ſp̄ luces amor
qui ſemꝑ ardes/dulcis xp̄e iheſu bone lumē eternū ⁊ indefi
ciens panis vite qui nos reficis ⁊ in te nō deficis / quotidie

comederis et ſemper integre manes/reſplende michi accen
de me illumina et ſanctifica vas tuum et de malicia euacua
et imple de gratia et plenum conſerua vt ad laudem ani=
me mee manducem cibum carnis tue/ quatenus manducan
do te/viuam per te viuam de te perueniam ad te et repan
ſem in te/ o dulcedo amoris et amor dulcedinis comedat
te venter meus et nectare tui amoris. repleantur viſcera
mea et vt eructuet mens mea verbum bonum caritas deus
meus mel dulce lac iuuenum cibus es gaudium fac me cre=
ſcere in te vt ſano palato poſſis manducari a me. Tu es vi=
ta mea qua viuo/ſpes cui inhereo/gloria quam adipiſci de
ſidero. Tu michi cor tene/ mentem rege/ intellectum diri=
ge/ amorem erige/animum ſuſpende/ et in ſuperna fluenta
os ſitientis te ſpiritus trahe / taceat queſo tumultus car=
nis/ conticeſcant per fantaſie terrarum et aquarū aeris et
poli/taceant ſomnia et ymaginarie reuelationes/omnis lin
gua/omnis ſenſus et quidquid tranſeundo fit ſileat ſibi et
ipa anima et tranſeat ſe non cogitando ſe/ ſed te deus meꝰ
quoniam tu es reuera tota ſpes et fiducia mea. Eſt em̄ in
te deo et domino iheſu criſto dulciſſimo et benigniſſimo
atq; clementiſſimo vniuſcuiuſq; noſtrum portio et caro et
ſanguis/ vbi ergo portio mea regnat et regnare me credo
vbi ſanguis meus dominatur/dominari me ibi cōfido/ vbi
caro mea glorificatur ibi glorioſum me eſſe cognoſco q̄uis
peccator ſim/de hac tamen communione non diffido et ſi pec
cata me prohibent ſubſtantia me requirit. et ſi propria de=
licta me excludunt nature cōmunio non repellit. non enim
tam immitis eſt dominus vt non diligat carnem ſuam. mē
bra ſua. et viſcera ſua. deſperare itaq; poſſem propter ni=
mia peccata et vicia culpas et infinitas negligentias meas
que egi et perpetraui. et quotidie indeſinenter ago ore.

corde opere et omnibus modis quibus humana fragilitas
peccare poteſt niſi verbum tuum deus meus caro fieret et
habitaret in nobis·ſed deſperare iam non audeo·quoniam
ſubditus tibi ille vſqꝫ ad mortem· mortem autem crucis·tu
lit cirographum peccatorum noſtrorum / et affigens illum
cruci·peccatum crucifixit et mortem · In ipſo autem ſecu=
rus reſpiro qui ſedet ad dexteram tuam et interpellat pro
nobis·in ipſo confixus·ad te peruenire deſidero / in quo iã
reſurreximus et reuiuiſcimus·iam in celum conſcendimus·
⁊ in celeſtibus conſedemus· Tibi laus·tibi honor·et gratia
rum actio piiſſime domine· qui nos ſic amaſti et ſaluaſti·
ſic viſitaſti et ſublimaſti piiſſime domine ꝙ dulcis eſt me=
moria tua·quanto magis in te meditor·tanto es michi dul
cior et amabilior · Idcirco delectant me valde bona tua
puro mentis intuitu/ et dulciſſimo pij amoris affectu in lo=
co peregrinationis mee/ iuxta modulum meum · Interim
quandiu in his fragilibus ſubſiſto membris/et conſiderare
tue enim caritatis iaculo vulneratus ſum·tuo vehementer
deſiderio flagro·ad te peruenire cupio·te videre deſidero
Idcirco ſuper cuſtodiam meam ſtabo·et vigilantibus ocu
lis pſallam ſpiritu·pſallam et mente· et totis viſceribus te
meum factorem et refectorem collaudabo·polum penetra=
bo mente·et deſiderio tecum ero·vt in preſenti quidem mi
ſeria ſolo corpore tenear·tecum autem cogitatione et aui=
ditate et omni deſiderio tecum ſum ſemper / quatenus ibi
ſit cor meum/ vbi tu es theſaurus meus deſiderabilis incō
parabilis/ multumqꝫ inamabilis ·ſed ecce deus meus piiſſi=
me ac miſericordiſſime dum tue immenſe bonitatis et pieta
tis gloriam conſiderare volo/cor meum non ſufficit · Exce=
dit enim omnem ſenſum humane mentis· tuum decus· tua
pulcritudo· tua virtus ·tua gloria·tua magnificentia· tua

maieſtas. et tua caritas/ ſicut inextimabilis tue glorie ſplen-
dor. ita ineffabilis eſt eterne tue caritatis benignitas/ quia
illos quos de nichilo creaſti adoptas in filios et tibi coiun-
gis. O anima mea ſi quotidie oporteret nos preferre tor-
menta ſi ipſam gehennam longo tempore tollerare vt cri-
ſtum in ſua gloria videre poſſemus et ſanctis eius ſociari/ nō
ne eſſet dignum pati omne quod triſte eſt/ vt tanti boni tan
teqꝫ glorie participes haberemur. Inſidientur igitur demo
nes/ parent ſuas temptationes/ frangant corpus ieiunia/
premant veſtimenta/ labores grauent/ vigilie excitent/ cla-
met in me iſte / inquietet ille / frigus incuruet . conſcientia
murmuret/ calor vrat/ caput doleat/ pectus doleat/ inflet ur
ſtomachus/ paleſcat vultus/ infirmet totus. deficiat in do-
lore/ vita mea et anni mei in gemitibus/ ingrediatur putre-
do in oſſibus meis/ et ſubter me ſcateat vt requieſcam in
die tribulationis/ et aſcendam ad populum accinctum no-
ſtrum. Querit iuſtorum gloria/ q̄ grandis ſanctorum leti-
cia/ cum vnaqueqꝫ facies fulgebit vt ſol cum ordinibus di-
ſtinctis/ populum ſuum dominus in regno patris ſui cepe-
rit recenſere et meritis atqꝫ operibus ſingulorum premia
promiſſa reſtituet/ pro terrenis celeſtia/ pro temporalibus
eterna/ pro modicis magna. Reuera tumultus vel cumulus
felicitatis erit cum dominus adducet ſanctos ſuos in viſio
ne paterne glorie/ et faciet in celeſtibꝰ aſcendere vt ſit deꝰ
omnia in omnibus. O felix iocunditas et iocunda felicitas
ſanctos videre cum ſanctis eſſe/ et eſſe ſanctum/ deum vide
re et deum habere ineternum / et vltra hec ſedula mente co
gitemus/ hec toto deſiderio deſideremus/ vt ad eos cito
peruenire valeamus. Si queras quomodo hoc poteſt fieri
vel quibus meritis quibuſue auxilijs/ audi res iſta poſita eſt

in poteſtate facientis/quoniam regnum celorum vim patitur
Regnum celorum o homo aliud non querit precium niſi te
ipſum·tantum vales quantum habes/te da et habebis illud
quid turbaris de precio· criſtus ſemetipſum tradidit vt ac
quireret te regnum deo et patri·ita tu temetipſum da vt ſis
regnum eius ac non regnet peccatum in tuo mortali corpo
re·ſed ſpirituſſanctus in acquiſitione vite· O anima mea re
uertere ad ciuitatem celeſtem in qua ſumus ſcripti et ciues
decreti·ſicut ergo ciues ſanctorum et domeſtici dei/et ſicut
heredes dei/coheredes autem criſti·cōſideremus inclitam
vrbis noſtre felicitatem inquantum conſiderare poſſibile
eſt· Dicamus ergo cum propheta O quam glorioſa dicta de te
ciuitas dei· Sicut letantium omnium habitatio eſt in te·Fun
dantur enim ex electione vniuerſe terre· non eſt in te ſene
ctus nec ſenectutis miſeria · non eſt mancus neque claudus
nec gibboſus neque deformis dum omnes occurrūt in virum
perfectum in menſuram etatis plenitudinis criſti· quid hac
vita beatius/vbi non eſt paupertatis metus/nec egritudinis
imbecillitas· Nemo leditur/ nemo iraſcitur/ nemo inuidet/
cupiditas nulla exardeſcit / nullum cibi deſiderium · nulla
honoris aut poteſtatis pulſat ambitio / nullus ibi dyaboli
metus/inſidie demonum nulle/ terror gehenne procul/ non
mors corporis neque anime/ ſed vita immortali munere io
cunda·nulla erit tunc vſquequaque diſcordia/ ſed cuncta con
ſona·cuncta conuenientia·quia omnium ſanctorum erit vna
concordia / pax cuncta et leticia continet tranquilla ſuper
omnia et quieta·iugis ſplendor non ille qui nunc eſt/ſed tan
to clarior quanto felicior· quia ciuitas illa vt legitur non egebit
lumine ſolis·ſed deus omnipotens illuminabit eam·et lucerna eius eſt
agnus vbi ſancti fulgebunt vt ſtelle in perpetuas eternitates·

De Amore dei

et ſicut ſplendoꝛ firmamenti qui erudiūt multos. Quapro=
pter nox ibi nulla/nulle tenebꝛe/ concurſus nubium nullus.
Nec frigoꝛis ardoꝛiſue aſperitas vlla / ſed talis erit rerum
temperies / quam nec oculus vidit/nec auris audiuit nec in
coꝛ hominis aſcendit/ niſi illoꝛum qui ea perfrui dignī in=
ueniuntur / quoꝛum nomina ſcripta ſunt in libꝛo vite/ ve=
rum ſuper omnia hec eſt conſociari ſuper choꝛos angelo=
rum et archangeloꝛum atq; omnium celeſtium virtutum/
intueri patriarchas et pꝛophetas/ audire apoſtolos atq;
omnes ſanctos / videre etiam parentes noſtros glozioſa
ſunt hec. Sed multo gloꝛioſius eſt pꝛeſentem dei vultum
cernere incircumſcriptum lumine videre ſuperexcellens glo
ria erit cum deum videbimus in ſeipſo/et habebimus in no
bis quem cernere nullus finis. Anima inſignis dei ymagine
illuſtris ſimilitudine habet in ſe.ſe ex deo a quo amoueatur
Semper autem ſtare cum eo aut audire ſi mota fuerit cum
ſuis affectibus immo defectibus fuerit / et non ſolum ha=
bet vnde reſpirare queat in ſpe venie in ſpe miſericoꝛdie/
ſed etiam vnde gaudeat aſpirare admittas verbi ⁊ cum deo
inire fedus ſocietatis atq; cum rege angeloꝛum ducere ſua=
ue iugum amoꝛis. Hec omnia facit amoꝛ ſi anima exhibeat
ſe ſimilem deo per voluntatem cum ſimilis ſit per natu=
ram diligens/ſicut dilecta eſt. Solus eſt amoꝛ ex omnibus
anime motibus/ ſenſibus atq; effectibus in quo poteſt crea
tura. Et ſi non ex equo reſpondere victoꝛi vel diſſimili mu=
tuam reſpondeat vice. Amoꝛ vbi venerit ceteros in ſe om=
nes traducit et captiuat affectus. Amoꝛ per ſe ſufficit/per
ſe placet et pꝛopter ſe. Ipſe meritum / ipſe pꝛemium/ ipſe
cauſa.ipſe fructus ipſe vſus per amoꝛē iungimur deo.amoꝛ
facit idē velle et idē nolle.amoꝛ facit pꝛimo moꝛes conponere

poſtmodum omnia que adſunt tanquā non adſint conſide-
rare tercio vero loco munda cordis actiue ſupna et terrena
cōſpicere per amorem primū in ſeculo bene gerunt honeſta
poſtmodum etiam honeſta ſeculi deſpiciuntur. Ad extremū
vero dei intima aſpiciuntur. Deus pater caritas eſt/deus fi-
lius dilectio eſt. ſpiritusſanctus amor patris eſt. et filij eſt
hec caritas ⁊ hec dilectio. vel caritas aliquid ſimile requirit
in nobis ſi caritatem qua velut quadam affinitate conſan-
guinitatis ei ſociemur ⁊ iungamur. Amor enim dignitatis
reuerentiam neſcit. Qui amat per ſemetipſum fiduciali-
ter accedit ad deum familiariter loquitur ei nichil timens/
nichil heſitans/perdit quod viuit qui deum non diligit/oculos
tuos ſemper ad deum/ quem diligit/ quem deſiderat/in quo
meditatur/in quo delectatur/in quo paſcitur/et impingua-
tur. iſte talis ſic deuotus ita cantat/ita legit et in omnibus
operibus ſuis ſic eſt prouidus et circumſpectus quaſi deus
adſit pñs ante oculos eius ſicut reuera eſt. Ita orat qua
ſi ſit aſſumptus et preſentatus ante faciem maieſtatis in ex
celſo throno vbi milia milium miniſtrant ei et decies cente-
na milia adſiſtunt ei. Animam quam viſitat amor expergefa
cit/dormientem mouet ⁊ emollit eum/et vulnerat cor eius
tenebroſa illuminat. clauſa reſerat. frigida inflamat/mentem
aſperam et iraſcibilem ac impacientem mitigat/vicia fugat
Carnales affectus comprimit. Mores emendat. Reformat
ſpiritum/ et renouat lubrice etatis motus/actuſqꝫ leues co-
hercet. Hec omnia facit amor quando preſens eſt. Cum ve-
ro abſceſſerit ita incipit anima iacere languida acſi cacabo
bulienti ignem ſubtraxeris. Magna res eſt amor quo anima
per ſemetipſam fiducialiter accedit ad deum deo conſtan-
ter inheret et deum familiariter percunctatur /conſultatqꝫ
de omni re anima que amat. nichil poteſt aliud cogitare
nilqꝫ loqui. Cetera contempnit. omnia faſtidit. quidquid
meditatur. quidquid loquitur. amorem ſapit. amorem

redolet ita amor dei ſibi vendicauit/ qui vult habere noticiam dei amet accedit fruſtra ad legendum/ ad meditandū ad predicandum ad orandum/ quando non amat. amor dei amorem anime parit ⁊ eam intendere ſibi facit. Amat deus vt ametur. cum amat michil aliud vult q̄ amari/ ſciens amore ipſos beatos qui ſe amauerunt. Anima amans cunctis renūciat ſuis affectionibꝰ et tota ſibi incūbit amori vt poſſit reſpondere amori in redimendo amorem. Et cū tota ſe effuderit in amore quantū eſt ad illud fontis perhenne profluuiū non pari vbertate ocurrunt amor et amans. anima et deus. creator et creatura. tamſi ex toto ſe diligit/ michil deeſt vbi totum eſt/ nō timeat anima que amat. paueat que nō amat Anima amans fertur. vocis trahit̄ deſiderijs. diſſimulat merita. maieſtati oculos claudit/ aperit voluptati/ ponens ſe in ſalutari et fiducialiter agens in eo amore. anima ſecedit et excedit a corporeis ſenſibus vt ſeſe non ſentiat. hoc fit cum mens ineffabilis dei electa dulcedine quodāmodo ſe ſibi furatur/ immo rapitur atqꝫ elabitur a ſeipā vt deo fruatur ad iocunditatem. Nichil tam iocundum niſi eſſet tam modicū Amor dat familiaritatē dei. familiaritas auſū. auſꝰ guſtū. guſtꝰ famem. Anima quā tangit amor dei michil aliud poteſt cogitare nil deſiderare frequenter ſuſpirat dicens. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarū/ ita deſiderat anima mea ad te deus. Deus amore venit ad homines/ venit in homines/ factus eſt homo. Amore deus inuiſibilis factus eſt ſeruis ſuis viſibilis et ſimul amore vulneratus propter delicta noſtra tuta et firma requies eſt infirmis et peccatoribus in vulneribꝰ iheſu ſaluatoris. Securus illuc habito patent michi viſcera p vulnera/ ſed quidquid ex me michi deeſt vſurpo michi ex viſceribus mei domini. quoniā miſericordia affluunt/ nec deſunt foramina per que affluant. per foramina corporis patent michi archana mei cordis. Patet magnum pietatis ſacramentū/ patent viſcera miſericordie dei noſtri in quibus viſitauit nos omnes oriens ex alto. Vulnera criſti

iheſu plena ſunt miſericordia/plena pietate/plena dulcedi=
ne/plena dulcedine et pietate. Foderunt manus eius et pe=
des eius/et lancea latus eius pforauerunt/per has riuas li=
cet michi guſtare q̄ ſuauis eſt dn̄s deus meus/ quoniā re=
uera ſuauis et mitis et multū miſericors inuocantib9 eū in
veritate et inquirentib9 in dilectione. Et maxime diligenti=
bus copioſa redemptio data eſt nobis in vulnerib9 ſaluato
ris noſtri magna multitudo dulcedinis plenitudo gratie et
pfectio virtutū. Cū me pulſat aliqua mala cogitatio/recur=
ro ad vulnera xpi/cū me premit caro mea recordatione vul
nerum dei reſurgo. Cū dyabolus parat inſidias michi/fu=
gio ad viſcera miſericordie dei mei ⁊ recedit a me. Si odor
libidinis moueat mēbra mea recordatione vulnerū xpi filij
dei extinguit/in omnib9 aduerſitatibus nō inueni tam effi=
cax remediū q̄ vulnera xpi. In illis dormio ſecurus/et re=
quieſco intrepidus/xpus mortuus eſt pro nobis. nichil tam
ad mortē amarum qd morte xpi nō ſoluat/tota ſpes mea in
morte dei mei. Mors eius meritū meū/refugiū meū. ſalus
vita ⁊ reſurrectio mea/meritū meum miſeratio dn̄i. Nō ſum
meriti inops q̄diu ille miſerationū dn̄s non defuerit. Et ſi
miſericordie dei multe/multus ego in meritis ſum. quanto
potentior eſt ad ſaluandū/tanto ſecurior ego/ peccaui pec=
catū grande/et multorū ſum michi cōſcius delictorū/nec ſic
deſpero/quoniā vbi abundauerunt delicta ibi abundauit ⁊
gratia. Qui deſperat de venia/negat deū miſericordē/ma=
gnam iniuriam deo facit/ qui de eius miſericordia diffidit/
quantū in ſe eſt negat eum habere caritatē/veritatē/et po=
teſtatē/in quibus tota ſpes mea cōſiſtit/ſcʒ in caritate ad=
optionis/in veritate pmiſſionis/ in poteſtate redemptio=
nis. murmuret iam inſipiēs quantū voluerit cogitatio mea
dicens. Quis enim es tu/et quanta eſt gloria illa/quibuſue
meritis obtinere illam ſperas. et ego fiducialiter reſponde
bo. Scio cui credidi q2 in caritate nimia adoptauit me in

filiū/ qꝛ verax eſt in ꝓmiſſione/potens in exhibitione/⁊ licet ei facere qđ vult. Non poſſum terreri multitudine peccatorū/ſi mors dei in mentē venerit/ quoniā peccata mea illum vincere non poſſunt. claui et lancea clamant michi qꝫ vere recōciliatus ſum xp̄o/ſi enī amauero longinꝰ aperuit michi latus xp̄i lancea/ et ego intraui vbi requieſcendo ſecurus. qđ timet amet quoniā caritas foras mittit timorē. Nullum tā potens eſt et tā efficax remediū ac medicamentū ꝯtra ardorē libidinis qꝫ mors redemptoris mei. Extendit brachia ſua in cruce ⁊ expendit manꝰ ſuas/paratꝰ in amplexus peccatoꝝ/ inter brachia ſaluatoris mei et viuere volo et mori cupio. ibi ſecurꝰ decantabo. Exaltabo te dn̄e qm̄ ſuſcepiſti me nec dilataſti inimicos meos ſup me. Saluator noſter caput inclinauit in morte vt oſcula daret dilectis ſuis. totiēs deū oſculamur quotiens in amore eiꝰ ꝯpungimur. O anima mea inſignita dei ymagine/ redempta xp̄i ſanguine/deſponſata fide. dotata ſpiritu/ornata v̉tutibꝰ. deputata cū angelis/dilige illū a quo tantū dilecta es. Intende illi qui intendit tibi. quere querentē te. ama amantē te cuiꝰ amore p̄uenta es/qui eſt cauſa amoris tui/ip̄e eſt meritum/ip̄e premiū/ ip̄e fructus ip̄e vſus ip̄e finis/eſto ſollicita cū ſollicito/cum vacāte vacās/cū mūdo mūda/cū ſancto ſancta/qualē apparaueris deo talis oportet vt appareat tibi. deꝰ ſuauis ⁊ mitis ⁊ multe miſericordie/ſuaues/dulces/ humiles/ ⁊ miſericordes requirit. Ama illū qui eduxit te de lacu miſerie et de luto fecis. ama qꝛ dulcis/ time qꝛ rectus/ ꝓpter deſperatos facit indulgentie portū/ꝓpter p̄ſumentes noluit diē mortis mortis eſſe interitū. Elige illū amicū pre omnibꝰ amicis qꝛ cū omnia ſubtracta fuerint et ſolus tibi fidē ſeruabit in ſepulture tue. cum omnes amici recedent a te/ille non te derelinquet/ ſed tuebitur a rugientibus preparatis ad eſcam et cōducet per ignotā regionē atqꝫ ꝑducet ad plateas ſuperne ſpon ⁊ ibi collocabit te cū angelis ante faciē maieſtatis

vbi audies illud melos angelicuꝫ/ ibi eſt canticū leticie vox
exultationis et ſalutis ⁊ gratiarꝫ actio et vox laudis atꝫ al-
leluia ꝑpetuū· ibi eſt cumulus felicitatis ſupeminens gloria
ſupabundās leticia ⁊ om̄ia bona· o anima mea ſuſpira ardē-
ter/ deſidera vehementer vt poſſis peruenire in illam ſu-
pernā ciuitatem/ de qua dicta ſunt taꝫ glorioſa in qua ſicut
letantiū omniū habitatio eſt in te/ amore potes aſcendere
amanti nichil eſt difficile/ nichil impoſſibile/ anima q̄ amat
aſcendit frequent̄ ⁊ currit familiarit̄ ꝑ plateas celeſtis ihe-
ruſaleꝫ/ viſitando illos p̄riarchas/ ſalutando apoſtolos/ am-
mirando exercitus martirū/ ꝯfeſſorꝫ/ ac virginū/ ſpeculādo
cor humanū in deſiderio eternitatis nō fixum/ nunq̄ ſtabile
poteſt eſſe ſed omni volubilitate volubilis de alio in alium
tranſit/ querens requiem vbi nō eſt· In his aūt caducis et
trāſitorijs in quib⁹ eius affectus etiam tenent̄· verā requiē
inuenire nō valet/ quoniā tante eſt dignitatis vt nullū bono-
rū p̄ter ſummū ei ſufficere poſſit· ꝓpterea vnicuiqꝫ ꝓpria vo-
lūtas eſt cauſa ſua dānationis vel ſaluationis/ et ideo nihil
